



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Quod vita Apostolorum & Sanctorum in Hierusalem in principio fidei fuerit,  
qualis nu[n]c est monastica. Cap. VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

4. Reg. 2.

Filij Prop-  
phetarum  
cur sic dicti.

4. Reg. 6.

Monachi  
veteris te-  
stamenti qui  
nam fuerint  
Hieron.

Idem.

Principes  
instituti  
monastici  
quinam  
fuerint.  
Hicre 33

propter cum ab ijs abripiendus & in paradifum vehendus effet, Elifzum ip-  
fis præceptorem fpiritualemq; magiftrū præfecit, fub quo ita, ficut fub alijs  
fuis prædecefforibus prophetis, viuebant, velut nunc monachi fub vno Ab-  
bate vel priore in obedientia pro fpiritali moderamine degunt. Qua de caufa  
prophetarum filij, non quali ab ijs omnes geniti, fed tãquam eorum difci-  
puli in ministerio, laude & cultu Dei, dicti erant. Hii montem Carmelum  
incolebant, quorum demum numerus in tantum excreuit, vt ad Elifzum  
tanquam fuperiorem fuum venirent, & fi de anguftia loci, in quo morabã-  
tur, conquererentur, defiderarentq; vt fibi alio in loco domiciliũ exedifica-  
re liceret, ficut in quarto libro Regum offedere poteris. Ita contingebat, vt  
plurimi in monte Carmelo manerent, multi apud Iordanem, nonnulli in  
monte Ephraim, quidam Hierofolymis, alij in fuburbijs morarentur, vbi  
fuis ceremonias legemq; obseruabant. Multi etiam in Galgala, nonnulli in  
Bethel, in Sarepta quoque, in Samaria, in Hiericho, & vbi fe fuffentare po-  
terant, habitabant. Siquidem perfecutiones patiebantur à regibus, præfer-  
tim ijs, qui ad idololatriam defcuerant, qui ipfos vt fingulares cultores, mi-  
niftrōs, laudatoresq; Dei, ipfiusq; laudis buccinatores odio profequeban-  
tur: fiquidem facile dignofci poterant ob fpeciale amiētus habitum, quo  
aliter ab alijs hominibus (ficut nunc monachi) veftiti erant. Hos omnes ve-  
teris testamenti monachos sanctus Hieronymus nominat in epiftola de mo-  
nachorum origine ad rusticum fcripta, fic inquit: Filij prophetarum (quos  
monachos in veteri testamento legimus) edificabant fibi cafulas prope flu-  
enta Iordanis, & turbis vrbeum derelictis polenta & herbis agrestibus vi-  
ctitabant. Et in alia epiftola ad Paulinum exarata, ait: Habet vnumquodq;  
propositum principes fuos, quos imitetur. Et cum multis verbis (hic pro-  
pter breuitatem omiffis) recēseat, quam multa propofita & sectæ fuos præ-  
fides, quos imitentur, habeant, tandem concludens, dicit: Nos autem (de  
monachis loquitur) habeamus propofiti nostri principes Paulos & Antoni-  
os, Iulianos, Hilarionem, Macharios, Et vt ad fcripturarum autoritatem re-  
deam, nofter princeps Elias, nofter Elifzus, nofter ducēs, filij prophetarum,  
qui habitabant in agris & folitudinibus, & faciebant fibi tabernacula prope  
fluenta Iordanis. De his funt & illi filij Rechab qui vinum & ficeram non bi-  
bebant, qui morabantur in tentorijs, qui Dei per Hieremiam voce laudan-  
tur, & promittitur eis, quod non deficiat de ftirpe eorum vir ftans coram  
Domino.

*Quod prima vita Apostolorum & Sanctorum in Hierusalem in principio fidei  
fuerit, qualis nunc est vita monastica.*

Caput VIII.

Christiano-  
rum primã  
viuendi ra-  
tionẽ nihil  
à monastica  
differe pãse.  
Act. 4

**V**T autem eorum, qui se talium religioforum hostes palam profitentur,  
os melius obstruatur ad nouum testamentum venimus, & verifsimẽ  
affirmamus primum modum formamq; vitæ Christianæ, quæ à san-  
cto Petro vna cum reliquis Apostolis & discipulis, qui post ascensionem  
Christi venerant, ducta fuit (vt in Actibus Apostolorum fcriptum habetur)  
nonnaliam ea quæ cepta est, intentione & forma, quam nunc est monasticẽ,  
fuisse.

fuisse. Nam dilucidè ibi scribitur, quod Apostoli vna cum Maria matre Domini post Christi ascensionem in eodem loco vnanimiter in oratione perseverabant, ad diem vsq; Pêchecostes, Spiritum sanctum expectantes. Quando etiam ex cōcione S. Petri, eiusq; prodigijs magnus increuit populi numerus. Quotquot enim, (vt scribit Lucas) eorum possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferbant prætia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Nec quisquam eorum quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Dividebatur autem singulis, prout cuique opus erat. Ecquid vides Euangelicam vitam primorum Christianorum simulq; Apostolorum formam initiumq; monasticæ vitæ fuisse? Et iam monasticè nihil aliud est, quam primorum Christianorum imitatio. Vbi quæso hodie sic viui (quemadmodum Apostoli primiq; Christiani vixerunt) quam in bene constitutis cœnobijs, reperias? Propterea qui huiusmodi diruere & demoliri cœnobia laborat: quid aliud quam primorum perfectorum Christianorum interitum vitæ quæ nunquam ad hodiernum vsq; diem intercidit, desiderat? Vbi verò talis vita Apostolica (qua sub obedientia ex rebus communibus & non propria possessione viuitur) non inuenitur, monasteria monachorum nomine prorsus sunt indigna. Non deuastari tamen debent, sed à potestate habentibus curandum, vt eiusmodi vitam monasticam agant, qualem Apostoli tradiderunt, & ipsimet voto suo sunt professi, vt postea melius ostendā. Nunc autem perpendere & meminisse debes Apostolorum & primorū Christi quibus non est salus, verum etiam consilia Christi ex Euangelio ad consequendam perfectionem charitatis, & suorum obseruationem mandatorum doctā, adsumperint. Ad quæ tanquam ex mandato neminem Christus obligauit, sed consuluit ea sponte suscepturis, quando dicebat: *Si vis perfectus esse, vade vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & veni, sequere me.* Hæc deuotio feruorq; fuit in primis Christi fidelibus, qui vna cum Apostolis iam consummatum propositum aggrediebantur. Quod quum aggressi fuissent, & nonnulli voluntariam quoque paupertatem Deo vouissent (quales fuerunt centum & viginti illi, qui simul in cœnaculo cohabitabant) etiam præstare ipse Deus promissā voluit. Quod de Anania & eius vxore Sapphira liquido constat. Qui precium venditi agri sui non totum sancto Petro obtulerant, sed clam partem quandam pro sese retinuerant. Quam ob causam Deo repentina morte vterque multati sunt. Quū itaque pœnas dederint, quod non omnem pecuniam in commune, sicut videri volebāt, quū tamen pro se aliquid retinissent & occultauissent, contulissent sancto Petro iniustum eorum videretur esse supplicium, vt sanctus Hieronymus sentit, si non sese voto ad vitroneam paupertatem obstinissent, ad quam nullo præcepto Dei, sed proprio voto vel promisso, cogebantur.

Act. 2.

Act. 4.

Monasticæ  
quid.Cœnobia  
quod reformanda non  
extirpanda  
sunt  
Primos  
Christianos  
non præcepta duntaxat & consilia Christi  
exequenda suscepisse.  
Matt. 19.Voluntariā  
paupertatē  
quinam voluerunt.  
Act. 5.

Hieron.